Vidi

245. 85

Joannes salmonius Maternus lodunensis genethliaco cristi elegeiaco versu publicauit In quo tempora illorum quibus vite auctor nasci delegit tranquillitatem integramque pace describit Simul cum eo in quo lucem primam visceribus matris effusus videre cupit tugurio lusit et cristipare virginis tres Peanes in quibus sacratissimum eius natalem eius ite et filii connubium necnon angelorum ruinam ac protoplasti ade preuaricatione describens auctorem fuisse virgine demonstrat quod et relicte angelorum sedes implerentur ac in ade peccatum initius adaduerteret Scripsit insuper octo elegeias simul cum variis epigramatibus ac hendecasyllabis quibus notatam spontanea ~~certe~~ venam verum magna elegantia testatus est At omnium premissorum eiusque rei testem nobis Relinquit libellum quendam aliud anterotico appatum in quo deum amoris inimicum quem greci Anterota vocant extollens in eos interim acerrime inuehitur qui mollicies ac enirate metis sue in dies lebellos passim dispergunt quibus flexibiles puerorum animos blando sermonis lenocinio demulceant. Undeque nihil eis esse pestilentius aut iniquius. Unde ipsius amoris fallatias ostendens ac nequitias et blanditias agit tum facit qua penitendum sortiatur fine quot quia malorum causa nobis existat

Spastorum insuper visitatione adnectens in quorum inte quietudine et laudes diffuse diuagatur

246. 86

Vidi

Sed melius posset reuideri ideoque non acquiesco huic epithome nec corrigi sequenti epithome

Philippus Melanthon witebergensis gramaticus theologicarum disputationum volumen edidit quod locos communes rerum theologicarum seu hypotiposes theologicas appellauit In quo precipuum eius studium fuisse videtur ea Refellere atque confutare que theologi scolastici De libero arbitrio De peccato De preceptis decalogi De legibus vi atque vera descriptione De confessione De penitentia De gratia De Consiliis De hominis iustificatione De virtute euangelij Deque ingratitudine ecclesiasticorum vel Papatus et episcopatus auctoritate scripserunt In primis enim circa liberi arbitrij materiam negat ac insuper irridet scholasticorum decreta de voluntate sinam eam scilicet esse vim que utraque sit homo affectus possit affectum temperare ac moderari ad quod intendebat facuitur ut et negligens ut si odio quempiam habeat posse voluntate statuere quod hunc porro nolit odisse hic insanire clamat theologos ac illud statuere de non odiendo eum nimis odium prius conceptumerat non voluntate sed ficticia intellectus cogitatione vocat et fieri inquit potest ut diuersum atque est affectus animus imperet ~~non~~ intellectu ~~cor~~ membris exterioribus linguae manibus atque oculis imperabit cordi aut imparare non potest ut ponat affectum quem concepit sed ponit in vehementiori cupiditate victus fuerit hic affectus quo occupatur Unde omnino inficias it ullam esse vim in homine que possit affectibus aduersari quare in externo rerum delectu libertate admittens internos affectus prorsus negat esse in nostra potestate sicque liberum hominis arbitrium coarctat ut si ad predestinationem humana voluntas Referatur nec in externis nec in internis ullam libertatem admittat Sed iuxta destinationem (inquit) diuina omnia eueniunt Ad peccati aut vim procedens originale peccatum ait esse natiua propensionem ac genialem impetum et energiam qua ad peccandum trahimur propagata ab ada in omne posteritate et his insertis interim in pseudo theologos conuiciis asserit omnes homines per vires nature semper peccatores esse et semper peccare adductis inead re auctoritatibus variis quas omnes eo detorquet et finito peccato esse affectum contra legem dei omnia inquit hominis opera sunt peccata nec amore quo deum prosequimur excipiendo natura impie. inquit est ut caro quia totum hominem esse deducit ex scripturis aliquid amet nisi sub ratione comodi itaque deum si quando videmur amare id fit cum tanquam nobis utile colendo at deus inquit liberaliter ac nullius respectu comodi vult amari quare inquit omnia necessario fient secundum predestinationem et hic ad precepta digrediens non omnia dependeant ab illo diliges deum ~~tuum~~ ex toto corde et illi soli seruies consequenter inquit impossibilia esse precepta et coserrare que putant non exigi aliquid a nobis supra vires humanas erroris causam alio loco Recensens quod de externis tantum operibus precipi arbitrabantur ut ne Colamus cerimoniis offitiisque ex